

Moguntiaci (*Brambach* 1225 *vidit*). — 1) Cf. N. 2275 *not. 1.* — 2) *Est legio vicesima secunda Primigenia, conscripta ut videtur a Claudio et in Germaniam superiore missa* (*Tac. hist. 1, 55 cet.*), *in cuius provinciae capite, Moguntiaci, per saecula tetendit, nisi quod temporibus Flaviorum primum in Illyrico videtur fuisse, deinde in Germania inferiore. Ex multis epitaphiis militum huius legionis Moguntiaci vel prope Moguntiacum repertis quattuor tantum* (*hoc et Bramb. 932. 1075. 1217*), *reliquis nisi fallor antiquiora, cognomen Primigeniae omittunt.*

2277 L. Appuleius | L. f. Sergia | Iadestinus¹ | Iader², mil. | leg. I Adiut.³ | an. XXV, stip. VI, h. s. e., h. f. c.

Prope Moguntiacum ad vicum Zahlbach rep. (*Brambach* 1441 *vidit*). — 1) Cf. N. 2016 *not. 1.* — 2) *Iader oppidum Dalmatiae. Praeterea epitaphia Moguntiaci reperta dederunt tres alios legionis primae Adiutricis milites oriundos ex Dalmatia, quatuor oriundos ex Pannonia* (*Mo. eph. ep. 5 p. 200*). *Hos omnes fuisse ex eis qui cum primum militassent inter classicos, a. 69 in fornacem legionis redacti sunt, probabiliter coniecit Domaszewskius mus. Rhen. 46 p. 603 not. Classici enim illis temporibus magna pars Dalmatae Pannoniique erant, testibus Tacito (*hist. 5, 12*) et inscriptionibus (*cf. supra* 1989. 1991; *Mo. eph. 5 p. 184. 185*). — 3) *Legio prima Adiutrix, de cuius origine ex classicis cf. supra N. 1988 not. 2, a Vitellio in Hispaniam relegata* (*Tac. hist. 2, 67. 3, 44*), *anno 70 accita est in Germaniam* (*Tac. hist. 4, 68* *cf. Mo. Herm. 49 p. 440 not. 4*); *Moguntiaci per aliquod tempus stetisse testantur tituli; fuit in Germania superiore etiam tñitiis Traiani, cf. infra N. 2286; paulo post in Pannoniam superiore translata est.**

2278 T. Valerius T. f. | Cla. Pudens Sav.¹ | mil. leg. II A. p. f.² | γ Dossenni | Proculi a. XXX, | aer. X . . . , h. d. s. p., h. s. e.³

Lindi rep., est Londini (*VII* 483 *vidit Huebner*). — 1) *Savaria.* — 2) *Alia quoque epitaphia complura militum legionis secundae Adiutricis in Britannia reperta sunt* (*VII* 48. 186; *Haverfield Athenaeum* 16 *Apr. 1892*); *unde colligi potest eam per aliquod tempus, antequam in Pannonia sedem figeret, in Britannia moratam esse.* — 3) *Heres de suo posuit, hic situs est.*

2279 L. Magius L.¹ | Ouf. Dubius | Mediolani, mil. | leg. I F. M. p. f. D.², ar|morum custos ♂³ | Aufidi Martialis, | ann. XXXI stip. XIII, | h. f. c.

Prope Bonnam rep. a. 1875 (*Freudenberg ann. Rhen. 57 p. 70*). — 1) Cf. N. 2246. — 2) *Miles legionis primae Flaviae (?) Minerviae piae fidelis Domitianae (?)*. *Legio prima Minervia pia fidelis in hoc solo titulo videtur dici Flavia et Domitiana* (*Mo. eph. 5 p. 202; Ritterling de legione decima Gemina p. 15*), *quae cognomina post mortem Domitiani abolita esse consentaneum est.* — 3) *Centuria.*

2280 Ti. Caesar divi Aug. f. | Augustus imp.¹, pontif. max., | trib. potest. XX², cos. III. | Leg. VII, leg. XI³, | P. Cornelio Dolabella⁴ | leg. pro pr.

Zarae, ubi fuit Iader (*III* 2908 *saepius descripta*). — 1) Cf. supra N. 435 *not. 1.* — 2) *A. 18/19.* — 3) *Duae legiones Dalmatae* (*Tac. ann. 4, 5*), cf. supra N. 2252. 2253. 2257 *seq.* — 4) Cf. supra N. 438.

2281 Ti. Caesare Aug. f. | Augusto imperator., | pont. max., tr. pot. XXXV.¹ | Leg. III Scyt., leg. V Maced.²